

anno ante Dionysianam aram cccxli. ab Exodo 1219. Tifri charaeter 5, 7, 238. feria v. Septembris vi. littera G. Hec fuit Neomenia primi anni contractuum Judaica; & fortassis etiam Hyperberetæ, nisi quis proximè sequentem malit Hyperberetæ: Syromacedonum impurare, hoc est Marchefwan, cujus charaeter 6, 19, 1031. Octobris vi. Nam ab Octobri quoque fixi & Juliani Syrorum menses progressi sunt. Quod autem aram contractuum Judæi ab autumno deducant, probatione non indiget. Nam vel exemplum illud proximè allatum de ea re dubitare non finit. Annus Judæicus 3450. cepit ab autumno anni Periodi Julianæ 4402. at idem est primus anni Contractuum. Si enim à Nisan ejusdem anni Periodi Julianæ cepisset, esset annus Judæicus 3449. non 3450. Et verò consentanea est hæc epocha Magistrorum traditioni, qui in digestis Talmudicis, cap. חנוכה דערבא docent Regum externorum tempora à mense Tifri computari solere; Judæorum autem à Nisan. Quamquam eadem hæc æra nonnumquam à Nisan progreditur, uti mox patebit. Chronicon Alexandr. ad annum tertium Olympiadis cxvii. Coss. Rullo, & Rutilio notat: ab hoc anno Syromacedonum, sive Apameensium aram incipere, & in Paschali notari. Consules isti cadunt in annum Urbis conditæ ccccxliiv. Biennio plus dicit. Siquidem anno 4402. incidit annus Urbis conditæ 442.

CAPUT XLIV.

De diversis ejusdem ære primordiis: qui anni Græcorum in libris Machab. appellantur. Scaligeri, & aliorum error.

NOTISSIMA est ἀναρρησιμὴ illa, quæ in Machabæorum libris duobus cernitur. De qua, quod vulgata res aliqui sit, nihil hoc loco dicemus, nisi graviter ab nonnullis in illius interpretatione peccari viderem. Quæ res admonuit, ut & loca ipsa commemorarem, & ea breviter conciliarem invicem, & Scaligeri, aliorumque temeritati obviam irem; qui, ut Judæi Apostoli verbis utar, quæcumque ignoravi blasphemantes, cum universam Machabæorum historiam, tum secundum maximè librum erroris arguere non verentur, & à Canone segregare; quod contrarias inter se illorum auctoritates nulla ratione pacificari posse sentiant. Quos tum demum non minus stolidè, quam impie ista scripsisse constabit, ubi dissidentia aliquot loca singillatim exposuero.

Horum sunt illa ferè præcipua. Primus est confictus, lib. 1. Machab. cap. vi. 16. cum lib. 11. cap. xi. Nam in priore libro obitus Epiphaniis confertur in annum Græcorum cxlix. Huic statim filius Eupator successit. At lib. 11. Antiochi Eupatoris litteræ exstant datæ post patris obitum anno centesimo quadragesimo octavo. Rursus lib. 1. cap. vi. 20. Judas Hierosolymitanam arcem obsidet anno centesimo quinquagesimo Græcorum; sed qui in arce Gentiles erant, ad Regem confugerunt Antiochi Epiphaniis filium Eupatorem; qui in Judæam veniens cum Juda pugnavit; moxque pacem cum eo composuit. At lib. 11. cap. xiiii. i. anno centesimo quadragesimo nono Eupator in Judæam impressionem fecit; ac cetera perfecit, quæ lib. priore referuntur. Tertio lib. 1. cap. vii. 1. Demetrius Seleuci F. anno centesimo quinquagesimo primo Romæ profectus venit in Syriam, & Antiochum, ac Lyfiam interemit, ad eumque venit impius Alcimus. At libro 11. cap. xiv. 4. anno id centesimo quinquagesimo contigisse dicitur.

Scaligeri opinio describitur.

Scaliger in prima Operis hujus editione triplicem distinguit annum: primum Seleucidarum Alexandream ab initio Seleuci Nicanoris, qui cepit anno Periodi Julianæ 4402. cyclo Luna xiiii. Eo non solum Albategnium, sed & Antiochenam Ecclesiam, ac veteres Synodos uti censet. Alterum Seleucidarum Judaicum, qui à sequente Nisan exorsus est, anno Periodi Julianæ 4403. Hunc annum numerat 3449. Judaici computi. Tertium denique Seleucidarum Chaldaicum nominat, cujus initium est anno integro post aram Alexandream; nimirum à Tifri anni Periodi Julianæ 4403. Genus istud anni in secundo libro Macch. usur-

pari putat; in priore verò annum secundum, hoc est Seleucidarum Judaicum.

Hanc Scaligeri in prima editione sententiam Serrarius, & Toriellus ita sequi voluisse videntur, ut ab ejus mente plurimum aberrarint. Nam Serrarius in 1v. particula prima Paris comment. in lib. Machab. ubi de Antiocho Epiphane agitur, triplicem, uti Scaliger, discernit annum. Primus inchoat Seleuci imperio ab Elul, vel Tifri cepit, qui Judaicum Nisan sex mensibus antecedit, & Alexandream, vel Antiochenam dicitur. Secundus est Judaicus, qui ab Nisan cepit, sex mensibus post Alexandream epocham. Tertius est Syrogræcorum, vel Chaldaeorum, qui sequianno post Judaicum inchoat à Tifri: biennio solido post Alexandream Seleucidarum. Primo genere (inquit) utuntur Antiocheni: secundo liber 1. Macch. tertio liber posterior.

Torniellus verò Serrarium imitatus Scaligeri & ipse mentem non est assecutus. Etenim ad annum mundi 3742. & 3743. & 3744. triplicem illam epocham statuit. Anno quippe 3742. desinente anno primo Olympiadis centesima decima septima, & inchoante secundo, Seleucum inisse credit. At anno sequenti, qui secundus erat Olympiadis ejusdem, à Nisan inchoatos asserit annos Græcorum, quibus liber primus Macchab. utitur, currente Seleuci primo. Demum anno Seleuci secundo, qui concurret cum tertio Olympiadis cxvii. aram Græcorum in Chaldaea cepisse, qua posterior Macch. liber utitur.

Verum tam Scaliger in editione illa prima falsus est, quam qui Scaligerum secuti sunt, & quidem dupliciter. Nam & à mente, uti dixi, Scaligeri, & à rei veritate recesserunt. Cum enim inter primam & tertiam aram unius dumtaxat anni spatium intercessisse Scaliger existimet; inter secundam autem, aut tertiam, uti Scaligeri, id est semestre spatium; ambo illi inter duas extremas, solidum biennium; inter secundam, tertiamque, sequiannum interponunt. Torniellus verò præcipuum illud habet, ut sibi ipsi contradicat. Etenim primum annum Seleuci dicit inchoasse anno exeunte primo Olymp. cxvii. mundi 3742. Cepit igitur verno aut æstivo tempore; cum præsertim affirmet primum ejus annum cum secundo Olympiadis ferè totum concurrere. Igitur secundus Seleuci cepit à vere, vel æstate anni 3743. similiter tertius Seleuci à verno, vel æstivo inchoante tempore anni 3744. Quare si annus Græcorum Chaldaicus ab autumno cepit, (ut ipse docet ad annum 3743. N. 3.) idque anno mundi 3744. necesse est ut anno tertio Seleuci jam inchoato primus ille Chaldaicus inchoeperit: non autem cum secundo Seleuci ferè totum concurrerit: ut ad annum 3744. scribit. Quintiam cum Antiocheni anni Seleucidarum initium ab autumno ducatur anni 3742. non exeunte primo Olympiadis cxvii. sed secundo jam tribus ante mensibus inchoato cepit oportet. Sanè Seleuci primordium in autumno conferri debet, non in verno, æstivumque tempus.

Ac Scaligeri quidem opinio duplici vitio laborat. Nam neque Seleucidarum Alexandria epocha, Judaicæ primi libri Macchab. anterior est, sed posterior; & eadem omnino cum æra libri secundi: tum falso annus Judaici computi 3449. statuitur, quo Alexandria, & Judaica libri prioris æra cœperit: quæ omnia paullo post ostendemus. Ex iisdem principiis Tornielli & Serrarii rationes erroris arguentur, qui biennio libri posterioris æram à Seleucidarum epocha summovent; sequiannum verò ab illa libri prioris. Atque ut cum Torniello potissimum; qui & Annales protestus est, & subtilius ista discussit, de ea questione disputemus; natalem is Christi, quem à communis ære natali non distinguit, confert in annum mundi 4051. Est autem hic annus Julianæ Periodi 4713. Deductis ergo 4051. de 4713. residui sunt 662. qui ex methodo perpetua ad annos mundi in Tornielli Annalibus additi, dabunt annos Julianæ Periodi, quibus iidem anni congruunt. Quoniam itaque anno mundi 3742. Seleucus inchoat, additis 662. confertur annus Jul. Per. 4404. quo Seleucus imperare cepit. Sic anno Per. Jul. 4405. à Nisan epocha Judaica lib. 1. Macchab. inchoatur; anno verò 4406. æra libri posterioris. Atqui demonstratum est superiori capite Seleucum cepisse anno Per. Julianæ 4402. Biennii

Biennii itaque metachronismo peccant Annales in epocha Seleuci; ut & in ea, quæ est lib. 1. Macchab. triennii porro in æra libri posterioris. Quod vitium ex natali Christi non rectè confictum derivatum est. Biennii quippe errore ibi lapsus est. At æra Chaldaeorum convenit anno Periodi Julianæ 4403. ut postea probabitur; quæ in Annalibus Tornielli triennio postea cœperit, anno 4406. Sed Chronologia istius errorem aliquot Scripturæ testimoniis hoc modo convincemus. Mortuus est Antiochus Epiphaneus, ut est in primo Macchab. libro, anno centesimo quadragesimo nono Græcorum; in secundo verò, anno centesimo quadragesimo octavo. Est hic annus, ut è superioribus liquet, posteaque confirmabitur, Periodi Julianæ 4550. ejus ab Nisan inchoat annus Græcorum Judaicus centesimus quadragesimus nonus. Antiochi mors intra primos istius anni menses accidit: quemadmodum Torniellus ad annum 3891. N. 2. scribit: quandoquidem Judas post ejus obitum eodem anno multa gessit. Quod si verum est, jam alterius æra, quam Chaldaicam vocant; non centesimo quadragesimo octavo; sed septimo anno mors illa contigerit. Octodecim quippe solidis mensibus epocha libri secundi posterior est. Itaque anno illo, quo prioris libri cepit annus cxlix. putæ mundi, ut Torniellus numerat 3891. inchoat annus posterioris Libri, & epocha centesimus quadragesimus octavus à mense Tifri; centesimus verò quadragesimus nonus anno sequente, mundi 3892. hoc est mensibus decem & octo post priorem epocham, ut Torniello, & Serrario videtur. Proinde mortuus erit Antiochus anno Græcorum à Nisan centesimo quadragesimo nono; à Tifri, centesimo quadragesimo septimo; quod cum Scripturæ auctoritate pugnat. Et ut universè dicam; æra Libri prioris semper biennio majorem annorum numerum continere debet, quam posterioris, si Tornielli, ac Serrarii rationes auscultemus: quod fecus tamen habere cernimus. Numquam enim, exempli causa, annus centesimus quinquagesimus à Nisan putatus concurret cum centesimo quadragesimo nono à Tifri inchoato; si Tifri non eodem anno Julianæ proximè ab Nisan inierit, sed octodecim mensibus à Nisan elapsis.

De Sabbaticis anni.

Præterea ex annorum Sabbaticorum serie, trium illorum Scripturum error arguitur. Sed pauca prius de Sabbaticis annis ex iis, quæ libro superiore scripsimus, repetenda videntur. Anni isti ab autumno ac Tifri mense initium sumunt, consentientibus omnibus; adeoque Torniello ipso ad annum 2584. qui quidem anno 2590. uti N. 5. testatur, annum primum Sabbaticum assignat; idque in Chronologica Tabula, pag. 476. confirmat. Neque tamen satis explicat, utrum anno illo 2590. ab autumno cepisse velit primum Sabbaticum; ita ut tres tantum, vel quatuor illius anni menses Sabbaticus occuparet; an Sabbatici anni Neomenia in annum 2589. incidat, & anni sequentis menses octo, vel novem Sabbatici fuerint. Ceterum tres sunt anni Sabbatici, uti libro superiore, cap. xxv. demonstratum est; de quibus dubitare non licet. Primus est annus Græcorum centesimus quinquagesimus epochæ libri primi Macchab. quem in annum mundi 3892. incidisse, Torniellus ad eum annum, N. 4. censet. Alter est Græcorum ejusdem epochæ centesimus septuagesimus septimus exiens; & inchoat centesimus septuagesimus octavus. Hujus enim mense indecimo, qui est Schebath, & ante Nisan tertius, Simon interficitur, 1. Macch. xvi. 14. Itaque Tifri anni illius Sabbatici sex mensibus initium anni cxxxviii. æra prioris antecessit quem annum Torniellus mundi numerat 3920. Tertius est annus ille, quo Hierosolyma ab Herode, & Sosio capta sunt. Hunc enim Josephus lib. xiv. Orig. cap. xxvii. Sabbaticum asserit fuisse, Agrippæ & Caninio Coss. Sed Torniellus annum esse mundi credit 4018. quo currente, ejusque mensibus æstivis, Sabbaticum annum processisse constat; quoniam tertio mense, id est Siwan capta sunt Hierosolyma. unde à Tifri anni 4017. Sabbaticus annus inchoat. Nos è tribus istis Sabbaticis primum inchoat monstravimus à Tifri anni Periodi Julianæ 4550. secundum à Tifri anni 4578. tertium à Tifri anni 4676.

His constitutis, uti præfissus cum Torniello pedem conferamus, ita ratiocinabimur. Annus Sabbaticus ab Autumno cepit. Aut igitur Sabbatici illi ab Autumno annorum mundi, quibus illigantur, inchoati sunt: aut ab Autumno proximè antecedente, nimirum à Tifri

annorum 3891, 3919. & 4017. Neutro autem modo Græcorum anni unitate majores cum minoribus ambo simul erunt Sabbatici. Pingamus anno mundi 3892. ab Autumno cepisse annum Sabbaticum, quem centesimum octogesimo septimum in Sabbaticorum serie numerat Torniellus Tabula Annali pag. 412. Tomi secundæ. Anno itaque Græcorum prioris epochæ centesimo quinquagesimo, post ejus initium sex elapsis mensibus, cepit annus posterioris æra centesimus quadragesimus nonus; idemque Sabbaticus. anno verò 3893. à Tifri inchoatus est annus centesimus quinquagesimus æra posterioris, currente jam centesimo quinquagesimo primo, qui à Nisan processit. At verò Sabbaticus annus congruere debet in ætatem illam, quæ Nisan proximè secuta est, à quo prioris æra et. annus inchoat: ut ex lib. 1. Macch. & Josephi testimonio paullo post constabit. Sin autem à Tifri antecedente annos illos mundi, quibus Sabbaticos Torniellus adscribit, isti processerunt; nempe annorum 3891, 3919. & 4017. multo magis idem præterit concluditur. Si enim anno mundi 3891. cepit ab Autumno Sabbaticus annus centesimus octogesimo septimus, currente adhuc anno Græcorum epochæ prioris centesimo quadragesimo nono; inchoante verò centesimo quadragesimo octavo posterioris; quando Sabbaticus annus desit, inchoabatur annus posterioris æra centesimus quadragesimus nonus. Atqui Sabbaticus annus inchoat in centesimum quinquagesimum unius æra; alterius verò centesimum quadragesimum nonum. Est igitur Annalium istorum ratio proorsus ἀσάβητος, qui inter epocham utramque sequianni intervallum statuit.

In libro 1. Macch. cap. vi. 53. scriptum est Judæos ab Antiocho Eupatore Hierosolymis obsessos inopia laborasse, eo quod annus septimus esset: ἡ μὲν ὄντος ἀπὸ νηρησίου κατὰ τὴν (ait lib. xi. cap. xiv. Josephus) ἡ δὲ τῆς ἐκείνου τῆς ἐπὶ τῆς γῆς γεωργίας ἀπὸ τῆς τῆς ἐδαμῶν ἔτος, καὶ ἡ γῆ ἐν ἡμῶν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπὸ τῆς γεωργίας. Cum fruges, quæ compositæ jam erant, essent consumptæ; nec agri per annum illum culti fuissent, sed, quod septimus annus incidat, in quo feriati, & incultam terram relinquere oportet, nulla sementis ulla facta. Accidit hæc obsidio, ac penuria propter annum Sabbaticum, Græcorum æra prioris anno centesimo quinquagesimo; posterioris autem centesimo quadragesimo nono; mundi, ut Torniellus putat 3892. æstivo tempore. Quare necesse est, ut Sabbaticus annus ab Autumno antecedente cœperit anni 3891. unâ cum anno posterioris æra centesimo quadragesimo nono; atque adeo prior æra posteriore sex tantum mensibus antevectat, non sequianno. Neque enim anno et. mundi 3892. frumenti penuria ob Sabbatici anni religionem sentiri potuit; nisi superiore anno sementis jam intermissi cepisset. Nam à Tifri Sabbatico agros ferere desierant; metere autem ideo non poterunt post Nisan sequentem anni prioris æra centesimi quinquagesimi.

Ita Sabbaticus primus in iisdem Annalibus inchoari debuit anno 2589. Sabbaticus centesimus nonagesimus primus anno 3919. Sabbaticus ducentessimus quintus, anno 4017. Hæc enim Sabbaticorum annorum ratio est, ut minore numero de majore subtração, residuus sit septenarius. Si ergo de 4017. detrahas 3919. supererunt 98. qui numerus est septenarius. Idipsum & in ceteris experire. Unde consequens est, ab Autumno annorum, quos dixi, Torniellum Sabbaticorum suorum initia computare debere. atque ita solido biennio Sabbaticus quilibet ante cœperit, quam annus ille posterioris æra, qui cum Sabbatico in Scriptura conjungitur. Annus Sabbaticus cxxxviii. inchoat anno mundi 3891. anno 3892. à Nisan inchoatus est annus Græcorum prioris æra centesimus quinquagesimus: anno eodem post sex menses, desit anno Sabbatico, cepit annus æra posterioris centesimus quadragesimus nonus: qui tamen in libris Machabæorum cum Sabbatico copulatur. Item anno illo Juliano, quo desit annus centesimus septuagesimus septimus æra prioris, & inchoat centesimus septuagesimus octavus; currebat annus Sabbaticus ex Autumno superioris anni: ut ex 1. Macch. xvi. 14. liquet. Hunc annum Torniellus mundi 3920. computat, quo cepisse dicit annum Græcorum cxxxxviii. epochæ prioris; posterioris verò cxxxviii. Si annus Græcorum libri primi centesimus septuagesimus octavus cepit inito jam anno Sabbatico, hic igitur inchoatus est anno currente

Græcorum prioris computationis centesimo septuagesimo septimo...

CAPUT XLV.

Vera epocha annorum qui in libris Macchabæorum Græcorum...

IN posteriori editione operis de Emend. Temp. & in Hæg. Canon. veram de annis illis Græcorum...

Quod igitur anni Græcorum in libro primo à Nisan incipiunt; in secundo autem à Tifri, rectè Scaliger...

Epocha lib. 1. Macch. semestri spatii lib. 1. epocham antecedit.

Prolemaum Simonis interfectorem. Erat autem Sabbaticus annus, ut auctor est Josephus...

Superest nodus ille quem proponit, non dissolvit Scaliger, capite de Chaldaeorum anno primo...

Quædam epocha prioris centesimo quinquagesimo à Nisan; posterioris verò, centesimo quinquagesimo à Tifri...

Quod autem epocha libri primi sex mensibus alteram libri posterioris antevortat, inde colligitur...

Epiphaneus

Scaliger

Pag. 127

decurrant: donec anno incunte centesimo quinquagesimo prioris epochæ...

Concludamus ergo annos Græcorum in libro priorè à Nisan inchoari; posterioris verò libri à Tifri sequente...

CAPUT XLVI.

De initiis Ptolemæi Philadelphi, & Philometoris.

AB eo anno, quo Ptolemæus ille in Ægypto regnavit, Dionysius Mathematicus annum suum cælestem...

Pag. 128

Hæc ariolatio Scaligeri in Animadversionibus ad Epiphanium jam est explosa, ex ipsiusmet Auctoris sacri...

Editiones habent: & in Ægypto regnavit; quod vitiosum est, & ex Latino ipso refellitur. Octo illos & triginta annos ab initio Philadelphi computari censet Scaliger...

Ptolemæus Philometor Ptolemæo Epiphani successit. Ejus epocha cælesti charactere consignatur apud Ptolemæum...

CAPUT XLVII.

De Seleucidarum, sive regum Syria stemmate & successione, rebusque gestis.

NON minus sacræ, quam profanæ historiæ interest, regum illorum, qui post Alexandrum M. in Syria regnarunt, ordinem...

Seleucus Nicanor unus ex Alexandri M. ducibus duodecim post ejus obitum annis elapsis, in Babylonia, Media, ceterisque tractibus Orientis imperare cepit...

Pag. 128

Pag. 129

Pag. 130

Pag. 131

Pag. 132

Pag. 133

Pag. 134

Pag. 135

Pag. 136

Pag. 137

Pag. 138

Pag. 139

Pag. 140

Pag. 141

Pag. 142

Pag. 143

Pag. 144

Pag. 145

Pag. 146

Pag. 147

Pag. 148

Pag. 149

Pag. 150

Pag. 151

Pag. 152

Pag. 153

Pag. 154

Pag. 155

Pag. 156

Pag. 157

Pag. 158

Pag. 159

Pag. 160

Pag. 161

Pag. 162

Pag. 163

Pag. 164

Pag. 165

Pag. 166

Pag. 167

Pag. 168

Pag. 169

Pag. 170

* Addit hic Petrus; aut desit. † Addit hic auctor: sive in sequentem.

II. Antiochus Soter. III. Antiochus Oris.

IV. Seleucus Callinicus. V. Seleucus Ceraunus.

VI. Antiochus Magnus.

VII. Seleucus Philopator.

VIII. Epiphanes.

Fig. 54. Graecae edit.

regnavitque annos xxxii. Ab hoc Antiochia, Laodicia, Seleucia, Apamea, Edessa, Beroea, & Pella urbes conditae. Demetrius Poliorcetes Antigonum filium in potestate redegit, ac Syriae, & Asia pariter imperavit. Huic successit Antiochus Soter filius annis xix. qui Stratonice noveram deperiens eam a patre conjugem obtinuit. Post hunc regnavit Antiochus II. cognomento Oris, Soteris filius annis xv. Qui cum Ptolemaeo Philadelpho perdit certavit: donec inter eos composita pax est, & affinitate devincta. Nam Ptolemaeus Antiocho Berenice filiam in matrimonium dedit, cum jam e Laodice duos liberos sustulisset, Seleucum Callinicum, & Antiochum. Postea Laodice virum suum veneno sustulit, & Berenice cum filio, qui ex Antiocho natus erat, interfecit, filiumque suum Seleucum Callinicum regem constituit. Ob id a Ptolemaeo Evergete Philadelpho filio, Berenices fratre bello postmodum appetita, cum Seleuco filio superatur. Hac Hieron. ad xi. Danielis caput. Appianus vero in Syriaca Laodice Berenices fororem, Philadelpho fuisset filiam asseverat, & a patre in vindictam fororis occisam. Quartus ergo Syriae rex fuit Seleucus Callinicus annis xx. quo cum Ptolemaeus Evergetes bellum gessit. Hic filios reliquit duos, Seleucum Ceraunum, & Antiochum magnum. Quintus regnavit Seleucus Ceraunus; qui cum adversus Ptolemaum infeliciter successerit bellum gessisset, tertio impetii anno occisus est in Phrygia, veneno ab amicis dato. Duos annos eidem imputat Appianus. Sextus est Antiochus magnus, qui xv. annos natus fratri successit, annisque xxxvi. imperavit. Appianus uno amplius tribuit. Hic Ptolemaum Philopatorem Judaea & Syriae penitus exiit: eoque mortuo regnum Aegypti jam invasurus, a Romanis, quos Alexandrini Ptolemaeo Epiphani Philopatoris filio tutores delegerant, prohibitus est. Postea cum Epiphane foedus inivit, idque matrimonio fanxit, data illi Cleopatra filia; quo viro magis, quam patri studens imminem hunc Aegypti repulit. Demum a Romanis Imperatore L. Scipione victus, & Asia spoliatus est: ac denique apud Elymaeos in Susiana a Barbaris oppressus est, cum Belli templum deperderet, ut auctor est Strabo lib. xvi. At Justinus lib. xxxii. caesum fuisse refert, cum nocte Didymaei Jovis templum exulare vellet quod verum non arbitror. Neque enim Didymaei Jovis, seu Dodonae, ut alii legunt, Templum in Susiana fuit. Septimus Seleucidarum est Seleucus Philopator Antiochi M. filius: qui Judaeos benigne habuit: Libro II. Macch. cap. iv. quique Heliodorum ad Templum scrutandum misit: a quo etiam interfectus est, Appiano teste. Hic Antiochum fratrem a patre Romanis obsequium datum misit in locum ejus Demetrio filio, liberavit. Regnavit is annos duodecim.

OGAVUS est Antiochus Epiphanes; qui Seleuco fratre ab Heliodoro necato, Attali, & Eumenis opera regnum obtinuit annis xi. Appianus vero falso scribit Avo & matrem regnasse; id est non integris duobus annis, legitimum heredem frustratus Demetrium. Post adversus Ptolemaum Philometorem bella gessit, & prima in Aegyptum incurfione magnam ejus partem occupavit. Etenim Ptolemaeus Epiphanes moriens duos e Cleopatra Antiochi M. filia liberos reliquit, ut scribit Eusebius in Chronico priore, Ptolemaum Philometorem, qui patri successit, & Ptolemaum Evergetem. Mortua Cleopatra, tutores Philometoris Eulais, & Lenas ab Antiocho Epiphane Syriam aliasque Provincias repetunt, quae Aegyptiis ademptae fuerant. Antiochus vero cum exercitu in Aegyptum profectus est. Cui Ptolemaeus cum copiis occurrit. Sed ducum suorum perfidia superatus est. Agit de hoc bello libro I. Macch. cap. I. 18. Hac clade Alexandrini ad seditionem incitati, excluso Philometore, ad ejus fratrem Ptolemaum Evergetem regnum deserunt. Philometor ad Antiochum confugit, qui hanc occasionem cupide amplexus, Aegyptum occupavit: & Alexandriam aggressus irrito conatu, relicto Memphi majore Ptolemaeo, in Syriam rediit, uti Livius lib. xlv. prodidit. Interim Philometor cum Antiochi conatus, & consilia subodoratus esset, Cleopatrae fororis interventu, quam

uxorem habebat, cum fratre pacificatur, uti ambo communiter regnarent. Qua fratrum concordia offensus Antiochus rursus in Aegyptum profectus est. Ubi Romanorum legatus Popilius a Senatu missus illum a cooptis absteruit. Hac Antiochi multiplex in Aegyptum expeditio partim e Danielis cap. xi. & lib. II. Macch. iv. partim ex Justino, & Livio libris xlii. & xlv. Eusebii Chronico, & Hieronymo in comm. ad Danielis cap. xi. colligitur, estque ad Macchabeorum illustrandam historiam diligenter observanda. Post ultimam in Aegyptum profectioem rediens in Syriam Hierosolymis diram illam vexationem intulit, quam Historia sacra commemorat. Tandem cum in Elymaidem abiens Dianae Templum, quod illic erat, paterni sacrilegii imitator aggredi vellet, a Barbaris repulsus, audita suorum in Judaea profectione, Judaeorumque victoria, ira astuans, & ulciscendi cupidus, dum ardentius properat, est curru dejectus, & illius miserimè perit. Hujus initium consignatur lib. I. Macch. cap. I. 11. anno centesimo tricesimo septimo Graecorum, qui coepit ante Periodi Julianae 4538. Ergo hoc anno, vel sequente coepit Antiochus Epiphanes; qui obiit ante Graecorum cxi. lib. I. Macch. cap. vi. 16. Inuit autem hic annus Per. Jul. anno 4550. Itaque si anno 4539. regnum auspiciatus est, exeunte Graecorum centesimo tricesimo septimo, & obiit anno 4550. exeunte Graecorum cxlix. annos undecim solidos regnavit, & fortasse paucis ultra mensibus, aut diebus. Sed nos alibi eadem de re disputavimus.

Nonus Antiocho Epiphani successit Antiochus Epiphanes, quem Lysias ab Epiphane in Syria relicto regem constituit. Regnavit hic annos duos, cum Philometore bellum suscepit: nec non cum Juda Macchabeo; & Hierosolymam obsedit. Libro I. Macch. cap. vi. Interim Demetrius Soter Seleuci Philopatoris F. quem pro fratre Antiocho Epiphane Romam Seleucus obsidem miserat, clam elapsus in Syriam pervenit, & ab Attalo, & Ptolemaeo adjunctis paternum regnum interfecit Antiocho recuperavit. Hac Appianus.

Decimus ergo Seleucidarum hic ipse Demetrius Soter X. Seleuci F. qui obfces Romae cum post Epiphaniis mortem frustra dimitti se ab Senatu postulasset, clam ausugit, & in Syria magno favore hominum exceptus, Antiochum Eupatorem cum Lysia peremit. Lib. I. Macch. cap. vi. 2. Inuit anno Graecorum cxi. Periodi Julianae 4552. Judaeos per duces suos Nicanorem, & Bacchidem vexavit. Regnavit annos circiter vi. vel etiam duodecim inuit. Josephus lib. xiii. cap. vi. regnasse scribit annos xi. Eusebius annos xii. in posteriore Chronico; in priore v. vel ix. Ego cum Josepho xi. assigno. Nam ab anno cxi. Graecorum auspiciatus est regnum. Anno porro cix. Alexander Bala contra illum excitatus est. I. Macch. x. 1. Quod bellum anno circiter cxi. vel ineunte cxii. patratum. Demetrius enim occisus est contra Alexandrum pugnans, ut refert Josephus, & Eusebius in Chron. I. cum Alexandro Ptolemaeus Philometor Aegypti, & Attalus Asiae rex suppetias tulissent.

Undecimus in Syria post Seleucum regnavit Alexander cognomento Veles, vel Bala Antiochi Epiphaniis filius, ut est lib. I. Macch. x. 1. & apud Josephum lib. xiii. cap. 111. Appianus vero Syriaca, Alexandrum istum alienum a Seleucidarum genere, ac per simulationem in illud intratum asserit, nec non Troguum Pomp. Justinus quoque lib. xxxv. ab Antiochenibus, suam Ptolemaei, Attali, & Ariarthis Armeniae regis, Prompalum quemdam fortis extreme juvenem subornatum refert; cui Alexandri nomen inditum, cum se ab Antiocho genitum esse mentiretur. Alii nothum Epiphaniis filium putant. Hic igitur anno Graecorum cix. contra Demetrium insurgit, eoque caeso, anno circiter cxii. Graecorum ineunte solus imperavit, anno Periodi Julianae 4563. Constituto regno, Ptolemaei Philometoris filiam Cleopatram duxit, Syriae, ac Seleucidarum exitio fatalem feminam, I. Macch. x. 51. Hic cum Jonathan Judaeorum Pontifice pacem, amicitiamque fecit Ptolemaeus demum foec illius insidias in eum comparans Demetrium Demetrii F. sibi conciliavit. Alexander e Cilicia contra Ptolemaum rediens ab eo vicinus in Arabiam

* Addit Petavins, in codice suo: Hieracem.

xii. Demetrius Nicator.

xiii. Tryphon.

xiv. Antiochus Sidetes.

Arabiam fugit; ubi a Zabdiela Arabe capite truncatus est: qui caput ad Ptolemaum misit. I. Macch. cap. xi. 17. Triduo postea mortuus est Ptolemaeus. Regnavit Alexander annis v. auctore Josepho. Eusebius in Chronico posteriore dat annos x. quod Scripturae repugnat. Nam anno Graecorum cix. primum Alexander emerit, I. Macch. cap. x. 1. & post ejus mortem anno cxvii. Demetrius Demetrii F. regnare coepit: cap. xi. 19. Quare quinque illi solidos annos imputamus, ab anno Graecorum cxvii. ad cxlvi. Moriens filium reliquit Antiochum, qui in Arabia nutritus a Tryphone postea rex est factus.

Daodecimus a Seleuco, sed e stirpe Seleucidarum undecimus est Demetrius Demetrii filius, cognomento Nicator, Appiano teste: qui anno Graecorum cxv. e Creta venit in Syriam, I. Macch. x. 67. & Alexandro bellum intulit. Ad hunc Ptolemaus Philometor ab Alexandro foedus, affinitatemque transtulit: data in matrimonium Cleopatra filia; quae Alexandro nupsit. Bis ille regnum obtinuit: primo antequam a Parthis caperetur: secundo postquam ab illis dimissus est. Priori regno Eusebius anno 111. attribuit: reclamante Scriptura. Quippe lib. I. Macch. cap. xiv. 1. anno Graecorum cxvii. Demetrius in Mediam profectus, ibique captus est ab Arface. Si igitur initium regni illius ab anno cxvii. numeremus, annos quinque solidos regnavit, & sextum inuit. Contra hunc Diodotus Alexandri Bala servus in Arabiam profectus Antiochum Alexandri F. qui apud Malchum regem educabatur, aegre impetratum regem constituit; ut Josephus narrat lib. xiii. cap. ix. Vide & lib. I. Macch. xi. 56. Ambo igitur eodem tempore regnarunt in Syria, Demetrius Nicator, & Antiochus Alexandri F. Tandem Demetrius cum regnasset annos quinque, in Mediam Persidemque profectus, ab Arface, sive Phraate, ut refert Appianus, (commune quippe nomen Arfacis fuit Parthorum omnium regum) captus, & honorifice apud eum habitus est. Non enim solum regium illi cultum praestitit, sed & filiam in matrimonium dedit Rhodogunem. Auctor Appianus, & Justinus lib. xxxviii. Demetrius vero semel atque iterum effugere conatus, sed frustra, tandem a Phraate dimittitur.

Interim capto Demetrio Diodotus, qui sibi Tryphonis nomen indiderat, regnum affectans, Antiochum Alexandri F. interfecit, ejusque loco regnavit annum I. ut scribit Appianus in calce Syriacae: ut vero Josephus lib. xiii. cap. xiii. tres annos. De Tryphone agit lib. I. Macch. xiii. 31. Quare quod in eo loco Macchabeorum Tryphonis tyrannus, & parricidum narratur ante Demetrii casum, qui sequenti capite commemoratur, id usitato Scripturae, imò vero & historiae more factum est; ut ea, quae narratione consequentia contextaque sunt, est tempore sint distracta, contineantur. Ceterum Tryphon ab Antiocho Demetrii fratre bello appetitus, & interfectus est. Venit autem Antiochus in Syriam anno Graecorum cxvii. I. Macch. xv. 10. & cum Tryphone bellum gessit. Itaque rectè Tryphonis tyrannidi anni tres a Josepho tribuuntur. Sed illud omitti non debet, Troguum Pompeium, ut est in Prologo xxxv. prodidisse, Tryphonem cum Demetrio Nicator, qui Alexandrum vicerat, bella gessisse, & eum expulisse Syria: quod fecit a Justino, & aliis explicatur.

Decimus tertius igitur a Seleuco regnavit Tryphon annos tres. Errat autem Appianus, & quidem turpissime, nisi Librario vitium illud imputetur, cum ait Diodotum, qui se Tryphonem dici voluit, uno anno regnasse; interim dum Pompeius aliis rebus occupatur. Atqui Tryphon occisus est circa annum Graecorum cxvii. qui est Periodi Julianae 4575. annis quatuor, & triginta ante Pompeium natum. Hic enim editus est in lucem anno ab U. C. dclxviii. Q. Servilio Capione, & C. Atilio Coll. Periodi Julianae 4608.

Decimus quartus Syriae rex, Seleucidarum verò duodecimus, fuit Antiochus Demetrii Soteris F. Demetrii Nicatoris frater, cognomento Sidetes, & Soter; qui audita Demetrii fratris calamitate, ad paternum regnum obtinendum e Rhodo in Syriam profectus est. Ibi vagantem, & consilii incertum, quod a Tryphone omnia tenerentur, Cleopatra Demetrii Nicatoris conjugis Seleuciae cum liberis inclusa, illum ad sese vocat. Quae in matrimonium accepta fratrum imperium bre-

vi recuperavit. Hac Justinus lib. xxxvi. Josephus lib. xiii. cap. xxi. Igitur Cleopatra, quae Alexandro Bala prius nupsit, postea verò Demetrio Nicatori, tandem Antiocho Sidete ejus fratri in manum convenit. Nati sunt e Cleopatra Demetrio filii, Seleucus, & Antiochus Gryphus. Ex Antiocho verò Sidete natus est Antiochus Cyzicenus. Antiochus porro Sidetes cum Hyrcano Judaeorum Pontifice foedus, amicitiamque conjunxit. Post adversus Parthos expeditionem suscepit, uti Demetrium fratrem liberaret, Appiano teste; qui Phraatem scribit metu Antiochi Demetrium emisisse. Justinus verò lib. xxxviii. retentum a Parthis fuisse Demetrium asserat, ut adversus Antiochum illo uterentur, ac Syriam invaderent. quibus auditis Antiochum bellum occupasse: Demetrium verò, quo absente fratre regnum suum recuperaret, eumque ad sua tuenda a Parthia revocaret, fuisse dimissum. Interim Antiochus in praelo cecidit. Accidit hac expeditio cum regnasset annis ix. ut Eusebio placet. Initium ejus anno Graecorum cxvii. Periodi Julianae 4575. Perit anno exeunte cxxxiii. Periodi Julianae 4585.

Post hunc Demetrius Nicator ejus frater denuo regnavit annis, ut Eusebius notat, iv. Appianus ab uxore Cleopatra necatum illum refert ex amulatione, quod Rhodogunem Parthorum regis filiam duxisset. Justinus lib. xxxix. narrat eundem, cum immineret Aegypti, Syriae exidisse regno. Etenim Ptolemaeus Physicon a Cleopatra forore diffidens, cum ea Demetrium in Aegyptum vocasset; Alexandrum Zebinam immisit in Syriam. Ab eo victus Demetrius, & ab uxore, filisque desertus, navi ad Tyrum impulsus interfecit. Ex his conjectura est, post reditum e Parthia cum uxore Cleopatra in gratiam primo rediisse; tum ab eadem postea desitutum esse Demetrium. Mortuus est igitur anno Graecorum cxxxxv. exeunte, Periodi Julianae 4589. Post Demetrium Syriae regnum per tyrannidem usurpavit Alexander Zebina: quem Justinus Protagarchi cujusdam negotiatoris filium, genere Aegyptium facit; & composita fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptum in familiarium regiam esset, Alexandri nomen assumpsisse memorat. Josephus lib. xiii. cap. xvii. auctor est Syros pertasos Demetrii legatos ad Ptolemaum Physiconem misisse, qui aliquem e Seleuci stirpe sibi principem peterent: Ptolemaum verò Alexandrum Zebinam cum copiis ad eos destinasse, ex illo genere procreatum: ab eo victum esse Demetrium. Sed Alexander (ait Justinus) occupato Syria regno tumens ex successu verum spernere jam etiam ipsum Ptolemaum, a quo fuerat in regnum subornatus, superba insolentia cepit. Itaque Ptolemaeus reconciliata fororis gratia destruxit Alexandri regnum, quod odio Demetrii viribus suis acquiserat, summis opibus instituit. Mittit ergo in Graeciam Gryphonem auxilia, & filiam Gryphinam Grypho nupturam. Itaque cum omnes Gryphonem instruendum Aegyptiis viribus viderent, paulatim ab Alexandro deficere coeperunt. Fit deinde inter eos praellium; quo victus Alexander Antiochiam profugit. Ibi cum sacrilegia multa commisisset, consensu multitudinis eiecitus, paulo post a latronibus captus, & perductus ad Gryphonem, interfecit. Hunc inter reges Syriae minimè numeramus; quod neque legitimus princeps fuerit; & eo grassante non defuerint, qui e Seleuci sanguine propagati regnum obtinerent.

Quintus decimus ergo Syriae regum, Seleucidarum xv. Seleucus decimus tertius est Seleucus, ejus nominis v. Demetrii Nicatoris, & Cleopatrae filius, qui post patris obitum cum sine matris auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem interfecit, ait Justinus. Appianus sagitta a matre caesum fuisse scribit. Itaque brevissimo tempore regnavit. Chronologi quidam ejus mortem in eum annum constant, quo Cois. fuit Q. Caecilius Metellus & T. Quintus Flaminius, qui est Varronianus dcccxi. Periodi Julianae 4591. Ita Calvisius, & Capellus, post Aldum Manutium, Opusculo de Ptolemaeis regibus. Horum argumentum est; quod Epitome Livii, lib. lxxi. eodem anno, quo Metellus Baleares devicit, Cleopatram dicat Demetrium virum suum, ac Seleucum interemisse. Hoc modo Demetrius sex propemodum annis secundo regnavit. Verum haud satis firma mihi conjectura videtur ex Epitome illa de prompta. Non enim eodem anno, quo Metellus Cois. fuit, accidisse illa in Syria docet. Quare biennio, vel triennio, & eo amplius contigisse, nihil prohibet. Nos Seleuci mortem conjicere

conferre possumus in annum Periodi Julianæ exeuntem 4589. vel in euntem 4590. Sanè Epitome Livii peregrinas res, quæ diversis annis incidere, in unum plerumque brevitas studio componit.

xvi. Antiochus Grypus.

Sextus decimus regum, Syria Seleucidarum verò decimus quartus, Antiochus VII. est, cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypo fuit; Demetrii Nicanoris è Cleopatra filius, quem mater Athenas institutum miserat. Hic Ptolemæi Physconis filiam Gryphinam duxit: Alexandriamque Zebinam sustulit. Inde matrem venenum sibi propinantem hoc ipsum bibere coegit, ac necavit. Auctor Appianus, & Justinus: qui & post matris necem, octo annis illum pacificè regnasse pròdit: Deinde natum ipsi æmulum regni Antiochum Cyzicenum; quem cum veneno tollere voluisset, in sese concevit. Consentit & Appianus, additque Grypum à Cyziceno regno esse dejectum. Sed permitta & implicata sunt amborum illorum fratrum regni tempora. Eusebius in Chronico priore Antiochum Grypum ait à Cyziceno ejectum, postea Cyzicenum expulisse. Grypo idem in utroque Chronico annos assignat XII. At in excerptis Scaligerianis è Georgio Monacho, utriusque XXVI. annos tribuit; octo Grypo; Cyziceno XVIII. ac primum annis IV. regnasse Grypum refert: tum ejecto illo, Cyzicenum annis XVIII. rursus verò Cyziceno pulso quatuor imperasse Grypum. Josephus lib. XIII. cap. XXI. scribit Antiochum Grypum regnasse annis XXIX. vixisse XIV. & ab Heracleone quodam occisum. Sanè difficile est annum statuerè, in quo Antiochus Cyzicenus inierit, unde & octodecim ejus anni procedant. Quod enim Grypo fratri superstes fuerit, ex historia planum est. Conjecturis itaque res agitur. Ac cum Justinus post necem matris Antiochum Grypum referat octo annis quietè regnasse, & post ejus obitum statim Seleucum Grypi fratrem Antiochum Cyzicenum expulisse; verisimile est anno Grypi quarto, vel quinto interfectam esse Cleopatram, ac deinde subsecutos annos octo, quibus ille sine competitore regnavit. Hi duodecim erunt anni, quos Eusebius Antiocho Grypo tribuit. Reliquos octodecim vario successu ambo fratres transferunt, alternatè rerum statu, & modo in hunc, modo in illum inclinante fortuna. Antiochus Grypus regnare cepit anno Græcorum exeuntem cXXXXI. Periodi Julianæ 4589. Cyzicenus verò anno Græcorum cXCIX. Periodi Julianæ 4601. Porro annus viceimus nonus, & ultimus Grypi, erit Græcorum cXXVII. Periodi Julianæ 4618.

xvii. Antiochus Cyzicenus.

Decimus septimus regum Syria, Seleucidarum decimus quintus est Antiochus Cyzicenus ob id vocatus, quod Cyzici educatus esset. Hic à fratre insidiis appetitus, bello vicissim eum aggressus est. Cum Hyrcano Judæorum Pontifice dimicavit. Cleopatram Ptolemæi Lathuri conjugem à viro dimissam uxorem duxit; quæ Antiochiæ, ubi tum erat, à Grypo capta, Gryphinae fororis jussu necatur. Postea Gryphinam Cyzicenus vicissim interemit. Antiocho demum Grypo ab Heracleone caeso, Antiochus Cyzicenus haud multo post à Seleuco Antiochi Grypi filio, ut Appianus, & Josephus narrat, occiditur: quod subinde post Grypi mortem contigisse videtur. Erant Antiocho Grypo filii IV. Seleucus, Antiochus, Philippus, Demetrius cognomento Eucærus: ut Josephus lib. XIII. cap. XXI. testis est.

xviii. Seleucus vi.

Decimus octavus Syria Regum, Seleucidarum decimus sextus fuit Seleucus VI. Antiochi Grypi filiorum nati maximus: qui Antiochum Cyzicenum patruum interfecit; & in Syria regnavit, anno, ut apparet, Græcorum cXV. Per. Julianæ 4616. Hunc verò Antiochus Eusebes Cyziceni filius expulit. Cùmque Mopsuestiæ in Cilicia pecunias à civibus exigeret, populari scititione concrematus est. Ita Josephus, & Appianus.

xix. Antiochus Eusebes.

Decimus nonus Syria rex, Seleucidarum verò decimus septimus est Antiochus Eusebes, Cyziceni filius, à quo Seleucus ejectus est; quem ex conjectura suspicamur uno tantum anno regnasse, nimirum Græcorum cXVI. Periodi Julianæ 4617. Hic Selenen, quæ prius & ejus patri Cyziceno, & patri Grypo nuperat,

* Lege ex Codice Petaviano, filium.

† Josephus, lib. I. de Excidio Jeros. cap. IV. hunc vocat Διοσεν, Demetrii fratrem, ultimum Seleucidarum. Petavio.

illud tenuisse Justinus asserit. Appianus XIV. dumtaxat. Quondam verò Tigranes Syria regno privatus sit, & Antiochus Asiaticus Pii F. illud occupavit, nulla historiarum monumenta declarant. Victus quidem est à Lucullo primùm Urbis anno DCXXXV. Pompeio verò dedit sese anno DCXXXVII. quando Cappadocia, & Syria parte, Phœnicæ, & Sophene cedere coactus est. Hoc igitur anno Syria regum terminanda successio. Annus Urbis DCXXXV. est Julianæ Periodi 4645. de quo si annos XVIII. eximas, quot Tigranem in Syria regnasse censet Justinus, supererunt 4627. Cùm ergo anno 4618. Seleucus Grypi F. decesserit, decem anni circiter Antiocho Pio, & Demetrio imputandi sunt; tres autem post Tigranem, Antiocho Asiatico Pii filio usque ad 4648. qui est Urbis DCXXXVIII.

Appianus in sine Syria Asiaticum illum Seleucidarum postremum decimum septimum regem ex eo stemmate numerat; circumscriptis videlicet tribus è Syria regum catalogo, Alexandro Bala, ejusque filio, ac Diodoto Tryphone: regnum ipsum verò stetit ab Alexandro, annis CCXXX. Nos unum & viginti de Seleuci stirpe regnasse Syria principes ostendimus, excluso, præter illos tres ab Appiano memoratos, Alexandro Zebina, & Tigrane. Cùm autem probabile sit postremum Seleucidarum Antiochum Asiaticum decessisse anno Urbis DCXXXVIII. Periodi Julianæ 4648. ab Alexandri obitu, qui contigit anno 4590. interjecti sunt anni CCVII. Errat itaque Appianus, qui Seleucidarum regnum annis septuaginta supra ducentos tenuisse scribit ab Alexandri obitu. Nam revera cccxxv. annis ad Tigranem usque regnavere Seleucidæ ab initio Seleuci; duodecim autem amplius, si à morte Alexandri numerus inchoetur. Hæc nos de Seleucidarum Syriaque regum historia ex Josepho, Appiano, Trogo Pompeio, Juliano, Eusebio, aliisque Scriptoribus magno labore deprempimus; quæ non ignoramus ab aliis eodem studio ante nos, diligentiaque collecta. Verum per nos ipsi querere ista, & enucleare maluimus, quam aliorum indutria ac vigilis esse contenti.

CAPUT XLVIII.

Ptolemæorum in Ægypto successio.

SELEUCIDARUM in Syria regnum, quod superiori scapite qua potuimus diligenter persecuti sumus, alterius nos in regni, quod cum eo temporis ac loci intervallo conjunctum est, mentionem induxit. Huic igitur capiti Ptolemæorum in Ægypto successio debetur; quorum res cum Syriacis implicatæ sunt, ac propterea quedam ex illis antecedenti capite delibata fuerunt.

I. Primus ex Alexandri Magni successoribus imperare cepit in Asia Ptolemæus Lagi F. filii Philippi potius Alexandri patris spurius, ut quidem Pausanias in Atticis refert. Cujus imperium jam tum ab Alexandri morte computatur; quamvis initio non rex, sed præfectus appellaretur; neque diadema, noménque regium nisi post annos ferè XVI. vel XVII. usurparit: ut in Animadv. ad Epiph. ostendimus, pag. 382. Nihilominus ab eo anno, quo Alexander obiit, ineunt anni quadraginta Ptolemæi Lagidæ. Totidem enim ei tribuuntur ab Eusebio, & aliis. Cæpit igitur anno Periodi Julianæ 4390. mundi 3660. anno primo ineunte Olymp. cXV. Urbis conditæ ccccxxx. ante Christianam æram cccxxiii. Desit autem anno Per. Julianæ 4429. quo Ptolemæus Philadelphus ejus filius inuit, ut supra cap. XXVIII. demonstratum est. Itaque non solidos annos XI. regnavit.

II. Secundus post Lagi filium in Ægypto regnat Ptolemæus Philadelphus, qui & Soter à Rhodiis cognominatus, auctore Pausania: à quo & Judæorum populus benignè est habitus, & sacra volumina in Græcum sermonem ejus opera conversa, doctrinarum verò studia singulari munificentia propagata fuerunt. Regnavit hic annos xxxviii. ut in posteriore Chron. scribit Eusebius. Nam priore, pag. 52. Græcæ edit. xxxv. tantum imputantur.

III. Tertius est Ptolemæus Evergetes Philadelphii filius. Regnavit annis xxvi. eodem Eusebio teste, & Alex. Chronico. Cæpit ergo anno Periodi Julianæ 4467. Cum Seleuco, ejusque matre Laodice bellum gessit, in quo & victor fuit. Tandem à filio interfectus.

Parti II.

IV. Quartus est Ptolemæus, quem Alexand. Chronicon Gallum cognominat; qui patre ac matre interfectis, per ludibrium Philopator est dictus. Vicit hunc Antiochus Magnus, ac Syria possessione penitus exiit. Cæpit anno Periodi Julianæ 4493. & annis xvii. regnavit; cùm se in omni flagitiorum ac facinororum genere volutaret. De quo vide Justinum, lib. xxx. Moriens quinquennem reliquit filium, Ptolemæum Epiphaneum.

V. Quintus Ptolemæus Epiphanes Philopatoris F. qui inuit anno Periodi Julianæ 4510. & regnavit annis xxiv. Cujus orbitatem, ac teneram ætatem ad consilia sua peropportuna ratus Antiochus Magnus, bellum eidem intulit. Itaque Phœnicem, ceterasque Syria urbes invasit. Sed à Romanis, quibus Alexandrini ex Philopatoris testamento tutelam regis sui permiserant, non solum Ægypto abstinere jussus est; sed etiam crepta restituerè. Abnuenti bellum indicitur. Missus est & Roma M. Lepidus, qui tutorio nomine regnum administraret. Ptolemæus deinde per Scopam ducem Judæam, & alia Syria oppida recuperavit. Sed ab Antiocho deinde victus est. Post ambos inter reges pax affinitate sancitur. Antiochus Cleopatram filiam suam Ptolemæo regi collocat: è qua filius duobus susceptis, Philometores, & Evergete, & Cleopatra filia, mortuus est anno Periodi Julianæ 4533.

VI. Sextus est Ptolemæus Philometor; cujus epocha cælesti charactere firmatur; de quo cap. XXVIII. anno videlicet Periodi Julianæ 4532. Itaque pater ejus Philopator non solidos xxiv. exegit: aut alius certe ex antecedentibus regibus uno anno præfixam à nobis epocham anteverit. Hoc enim præcisè definire non possumus. Regnavit Philometor solus primùm XI. annos, ut ait Eusebius: inde cum fratre Evergete VI. fuit XVI. Excluso fratre, XVIII. alios adject. Ita annis in totum quinque, & triginta regnavit. Hic Cleopatram forem conjugem habuit; quæ deinde fratri alteri Evergeti nupsit. Ac cum Antiocho Epiphane bellum gessit; & cum eo postea reconciliatus, quod à fratre, & fore eademque conjugè, nec non Alexandrinis effect ejectus, contra suos pugnavit; donec inito cum illis fœdere rursus contra Antiochum arma convertit. Convenerat inter fratres, ut ambo communiter regnarent: quæ concordia sex, uti diximus, annis utrumque tenuit. Postea Ptolemæus Evergetes à fratre victus, & Ægypto pulsus est, eique regnum Cyrenes attributum. Moritur in Syria, cum adversus Alexandrum Balam pugnaret, anno Periodi Julianæ 4568.

VII. Septimus est Ptolemæus Evergetes Philometoris frater; qui cum fratre primùm sex annis; deinde solus novem & viginti regnavit; anno Periodi Julianæ 4569. Huic cognomen ab abdomine inditum est, Physcon; ut auctor est Strabo lib. XVII. & Josephus lib. II. contra Appionem, Clemens I. Strom. Apud Trogum prologo xxxv. item ad Ascon pro Physcon appellatus legitur. Quamquam Eusebius, & qui illum secuti, Epiph. lib. de Mens. & Pond. Chron. Alex. Cedrenus, & alii, Physconis cognomen sequenti, & octavo Ptolemæo tribuunt. Sed Straboni & Josepho potius assentimur. Favet iis Justinus; qui Ptolemæum hunc vultu deformem, & sagina ventris, non homini, sed bellæ similem fuisse refert; Lib. xxxviii. ubi & execrandam hominis improbitatem, ac parricidialia scelera describit. Huic post fratris obitum Cyrenis arcessito Alexandrini regnum & uxorem Cleopatram forem suam, & fratris olim sui conjugem dæferunt. Regnavit annis novem & viginti; invisus omnibus, quos inaudita crudelitate, atrocissimisque parricidiis exacerbavit. Pulsus inde aliquando regno, ac deinde Cleopatram conjugi reconciliatus, moriens filios reliquit duos, Ptolemæum Lathurum, & Ptolemæum Alexandrum: regnum autem Cleopatram conjugi, & alteri ex filiis, quem mallet. Reliquit & alium ex pellice Ptolemæum Appionem, tui Cyrenarum regnum reliquit, anno U. C. DCVIII. ut auctor est Julius Obsequens, & Cassiod. Obiit anno Periodi Julianæ 4597. vel sequenti.

VIII. Octavus est Ptolemæus cognomento Lathurus, quem VIII. Physconem ab Eusebio, aliisque nominari dixi. Sed Lathurum vocat Josephus: Soterem etiam Eusebius Chronico, & Alexand. Chronico. unà cum Epiphano. Pothinum præterea Eusebius & Chron. Alex. Cæpit hic anno Periodi Julianæ 4598. & à matre Cleopatra vehementer exagitatus, anno regni xvii. ab eadem pulsus est,

& in Cyprum secedens ibi regnavit. Cujus loco substitutus est a matre eius filius, & Lathuri frater Alexander. Quinetiam filium illa exulantem in Cypro inde fugavit. Vide Justinum lib. xxxix.

IX. Nonus ergo regnavit Alexandria Ptolemæus Alexander, quem Alexam Epiphanius, Chronicon Alex. Cedrenus, & alii nominant. Chronicon Alex. pag. 430. Kακός ἦν τοῦδε hunc fuisse scribit: sed Cleopatram filium constanter omnes asseverant; quia & Chronicon ipsum. Apud Strabonem lib. xvii. Coccus quidam Ptolemæus subditivus commemoratur, qui è Syria profectus Ægyptum invasit; sed brevi postea est ejesus. Cujus initium cadit in annum Periodi Julianæ 4615. Regnum tenuit annis x. ac matrem denique infidias sibi molientem interfecit. Tum populi concursu regno pellicuit; & à Narcho deinde Charca occidit. Auctor Eusebius Chron. priore pagina Græcæ edit. 56. Accidit id anno Periodi Julianæ 4625. Urbis conditæ. dclxxv.

Rursum igitur Ptolemæus Lathurus revocatur in regnum; quod annis octo tenuit. Initium ejus secundum cadit in annum Periodi Julianæ 4625. Obitus in annum 4632. vel sequentem, Urbis dclxxvii. vel dclxxviii. Deinceps qui reges Alexandria fuerint, valde est ambiguum. Strabo, Eusebius, Epiphanius, & alii, qui Eusebium asseverant, Ptolemæo Cleopatram filio, qui est Lathurus, secundo regnanti substituit Ptolemæum Διδύμεν. Is est Auletes cujus initium Eusebius confert in annum primum Olymp. clxxv. qui cadit in annum Periodi Julianæ 4634. quo cepit Urbis Varronianus dclxxiv. Eidem annos tricenos assignant. Verum post Lathurum, ante Auletem duo alii reges interfecti fuerunt; & in eo non mediocriter est apud omnes penè Chronologos labes temporum; qui auctores illos, quos nominavimus, secuti multum hallucinantur.

Paulus Manutius hanc historiam illustrat.

Debemus hanc obscurissimam historiam notationem Paulo Manutio in Comment. ad primam Agrariam; quam Iulentiuss postea Aldus explicavit, in Quæst. per Epif. Diatriba de Ptolemæis, ubi diligenter ambos illos Ptolemæos à situ, & incuria vindicavit. Nos ad illorum approbandam, illustrandamque sententiam quedam adiciemus privatim à nobis observata. Quod igitur post Lathurum alius quam Auletes successerit, ex Appiano primum colligunt. qui lib. i. Civil. sub finem refert Syllam anno illo, quem proximè consecutus est is, quo Consul cum Q. Metello Pio fuit, Alexandro Alexandri Ægyptii regis filio, qui in Co nutritus fuerat, & à Cois Mithridati deditus ab eo ad Syllam confugerat, regnum Ægypti dedisse; cum nullus Alexandria rex esset. Sed cum decimo nono post die ab Alexandrinis interfectum. Accidit hoc anno U. C. dclxxviii. Nam sequenti Coss. cum Metello fuit Sylla. Hoc verò mirificè ad Chronologiam nostram congruit. Quippe mortuum diximus Ptolemæum Lathurum anno Periodi Julianæ 4633. quo cepit Urbis annus dclxxviii. Quod autem alius præter hunc ante Auletem regnaverit, ex eo demonstrant; quod Suetonius in Julio cap. xi. memoria prodiderit, C. Cæsarem cum Ædilis esset, remasse per partem Tribunorum, ut sibi Ægyptus Provincia Plebis daretur; nactum extraordinarii imperii occasionem; quod Alexandri regem suum, socium, atque amicum à Senatu appellatum, expuleram, resque vulgò improbatas. Regem istum Beroaldus, & Torrentius interpretantur Auletem. quod nullo modo cohæret. Siquidem Ædilis Cæsar fuit anno illo, quo Torquatus, & Cotta Coss. notantur; qui est Urbis Varronianus dclxxviii. Periodi Julianæ 4649. At Auletes non nisi anno Urbis dclxxvii. Lentulo, & Metello Coss. à suis pulsus Romam venit. Itaque alius omnino, quam Auletes, fuerit oportet ille, de quo restituendo Cæsar laboravit. Accedit & firmissimum argumentum ex utraque Ciceronis Oratione contra Rullum de lege Agraria. Nam in primæ fragmento initio ista leguntur. Dicent enim Decemviri id, quod est dicitur à multis, & sapè dictum est, post eisdem Coss. regis Alexandrini testamento,

Beroaldi & Torrentii error.

* De Ptolemæo Aulete castiganda sunt quæ Strabonem secuti conjectati sumus, mortuum illum circa annum Urbis conditæ nec. Nam Strabo de eodem, postquam in regnum restitutus est, scribit ἔπειτα δὲ τῷ πάλιν τῷ βασιλεὺς ἀπέθανε πάλιν τῷ ἑσθίου, cum non multo antea tempore regnavisset, morbo decessit. Cui non conjecturam ejusmodi tantus Scripser. exprimeret, ut sequenti anno mortuum esse

regnum illud Popul. Roman. esse factum. Tum aperit Orat. 11. Quid Alexandria, totaque Ægyptus? ut occidit latet? ut recondita est? ut furim tota Decemviri traditur? Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum testamentum regis Alexandrini, Popul. Roman. esse factum? Mox. Video qui testamentum factum esse confirmet; auctoritatem Senatus exstare hereditatis adita sentio. tum quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent; hæc L. Philippum sæpè in Senatu confirmasse, memoria teneo. eum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse; inter omnes ferè video convenire. Hæc anno conditæ Urbis dclxxi. cum esset Consul, perorabat Cicerò: antequam Auletes Alexandria profugus venisset; cumque regnum etiamnum teneret. Hic est enim, quem indicat iis verbis, quibus ipsa regia est stirpe negat oriundum. Quocirca alterum quemdam tenemus Alexandrum; qui moriens Populo Romano regnum suum legavit. Quis est autem alius, præter illum, qui ab Alexandrinis itidem pulsus est: de quo restituendo Cæsar cogitavit; quem etiam apparet desperata recuperatione regni in Tyrum secessisse, ibique morientem regni sui heredes instituisse Romanos. Quamobrem verisimile est, hunc anno Urbis Varronianus dclxxviii. decessisse, ut Aldus conjicit. Ab anno Urbis dclxxviii. Periodi Julianæ 4633. ad annum Urbis dclxxxix. Periodi Julianæ 4649. interfecti sunt anni xvi. Totidem ergo regnat Alexander ille, à quo Populus Romanus heres est factus. Hæc ferè sunt, quæ à Manutio ambobus accepimus. Quibus ea subiungimus, quæ in Trogi Pompeii Breviario leguntur à Justino prætermissa. Prologo itaque xxxix. refert post Lathurum secundo regnantem, filium Alexandri successisse, expulsoque eo susceptum esse Ptolemæum Nothum. Strabo lib. xvii. meminit Ptolemæi cujusdam, quem μεγαλειώδης appellat, hujus proprium nomen erat Κάκκος; qui è Syria profectus Ægyptum occupavit, statimque pulsus est. Utrum is Ptolemæus Nothus Trogi Pompeii fuerit; affirmare non audeo: & videtur minime fuisse; cum brevissimo tempore Ægyptum obtinuerit: ac Nothum illum, qui à Trogo commemoratur, Auletem esse suspicor. Nam post Lathurum Alexandrum regem collocat; & eo pulso susceptum esse Ptolemæum Nothum refert. Auletes porò Alexandro illi exuli successit. Quamobrem duo secundum Lathurum Ægypti reges fuerunt: unus Alexander, Alexandri regis F. qui xix. diebus regnavit; alter itidem Alexander vocatus; qui xvi. annis regnavit.

X. Decimus ergo rex fuit Alexander Alexandri, qui Lathuri frater fuit, filius, à Sulla creatus anno Urbis dclxxxix. Per Julianæ 4633. Is xix. non amplius, dies regnavit.

XI. Undecimus regnavit Alexander, superioris frater, uti Trogus Prol. xxxix. significat. qui eodem anno Periodi Julianæ 4633. inuit, & à suis pulsus anno Urbis dclxxx. perit in exilio. Regnavit annis xvi. aut xvii. inchoato. Mortuus est anno Periodi Julianæ 4650. Quo eodem anno

XII. * Duodecimus regnare cepit Ptolemæus Auletes Nothus, non Lathuri filius, ut apparet, sed infititius; qui propterea generis sui conscius, ac testamentum, quod Alexander apud Tyrios condiderat, usurpatam regni possessionem Romanorum amicitia, & societate tueri conatus est. Quam cum ingentibus pecuniis comparare sibi vellet, ac tributa à suis immania ob id exigeret, regno pulsus est, anno regni sui octavo. Cæpit enim anno U. C. dclxxx. Periodi Julianæ 4650. Fugit autem anno U. C. dclxxvii. Periodi Julianæ 4657. Eusebius, Epiphanius, Chronicon Alexand. & ante hos Clemens Alexand. i. Strom. Ptolemæum istum Διδύμεν, vel Διδύμεν cognominant. At Strabo dumtaxat Auletem ab arte choraulica, quam exercebat. Hic anno regni sui octavo profugus Romam venit, ac biennio postea, hoc est anno Urbis dclxxx. Periodi Julianæ 4659. à Gabinio Pompeii jussu restitutus est. Eo absente, filium ejus natu majorem Alexandrini ad regnum provchunt; eique

crederet? At id scus se habet. Nam Cælius ad Cicer. lib. viii. Epist. v. quæ data est anno ab Urbe condita dclxxx. Kal. Sext. scribit Alexandria regem esse mortuum. Ad hunc igitur annum vixit Auletes, hoc est quantum ab eo quo restitutus est: nec satis exactus est Strabo. Itaque annos xii. regnavit. Cleopatra verò circiter xxi. non tamen plenos.

eique virum adsciscunt Cybiofacem è Syria, hominem factum, & obscurum, qui se in Syriacorum regum genus inferbat; quem regina paucis post diebus interfecit. Post hunc Archelao Comanorum in Ponto Sacerdoti nupsit. Ptolemæus Auletes recuperato regno, filiam cum ejus viro è medio sustulit; & ipse paulò post mortuus est. Hæc Strabo. Quot annis regnaverit, non satis constat. Vulgo xxx. cum Eusebio, & aliis assignant, errore tratitio: quod expuncto Alexandro, qui undecimus est in serie, Aulete primordia tanto antè constituant. * Ceterum cum Strabo brevi postquam restitutus est, tempore supervixisse dicat, verisimile est ipsum anno Urbis dclxxx. Per. Jul. 4670. mortuum esse, atque ita annis xi. regnasse. Hic fratrem habuit cognominem Cypru regem, qui cum se rogatione Clodia regno spoliandum videret, vitam sibi eripuit, anno Urbis dclxxxviii.

XIII. Decimus tertius regnavit Ptolemæus cognomine Διδύμεν. Aulete filius, cum fore Cleopatra, anno, uti dictum est, † Per. Jul. 4671. Urbis dclxxxi. Qui fore postea pulsa solus imperavit. Videtur autem anno Urbis dclxxvi. eam ejecisse. Quippe sub idem tempus, quo Pompeius à Cæsare victus in Ægyptum appulit, Ptolemæus ad Casium montem erat; ut forem, quam paucis antè mensibus expulerat, Ægypti arceret aditu, ut auctor est Appianus lib. 11. Civil. & Dio lib. xlii. Hoc accidit anno ipso Urbis dclxxvi. Igitur cum fore † quinq; ferè annis; solus biennium; universè annos septem regnavit. Cum enim Pompeium occidisset, ac Cæsari in Ægyptum profecto bellum intulisset, in ipso consilio perit in Nilo præfocatus, anno Urbis dclxxvii. Periodi Julianæ 4667.

XIV. Postrema in Ægypto regnat Cleopatra: quæ post fratris obitum sola regem potita est, cum Ptolemæum fratrem minorem adjectum sibi regni socium veneno sustulisset. Anni porò ab eo initio, quo sola regnavit, hoc est ab anno Urbis dclxxviii. circiter, ad dclxxxiv. quo cum Antonio perit, intercedit xvii. Perperam itaque ab Epiphano lib. de Mens. & Ponder. imputantur huic anni xxxii. pro quibus scribendum fuit xxxi. quot Clemens Alex. & Eusebius assignant. * Sed ne iste quidem numerus errore vacat. Nam si ab obitu Aulete, anni Cleopatram putentur, consistet ex nostris rationibus anni xv. Nisi contra Strabonis auctoritatem, quatuor post restitutionem in regnum, annis superstitem fuisse dicamus Auletem. Perit Cleopatra anno Per. Jul. 4684. Urbis dclxxxiv. Intervallum ab exordio Lagidæ anni dclxxxv.

CAPUT XLIX.

De Pontificum Hebraeorum serie, ac successione.

CUM Seleucidarum Lagidarumque rebus, ac temporibus Asiamonæorum implicata est historia, quam Maccabæorum libri duo, & Josephi plures continent. Fuere gentis suæ illi Pontifices; quam dignitatem ab Juda ceptam, fratres ejus Jonathan, ac Simon: tum hujus posteritatem inchoant aliquot annis obtinuerunt. De Juda pauca quædam Scaliger, cum de Templi expiatione differit. de Simonis epocha fusiis. Nos, ut latius operæ hujus, ac disputationis maneret utilitas, plura comprehendere decrevimus; & quæ in tota ipsa Pontificum successione capita questionis occurrunt, breviter attingere. Nam si Coss. Romano, vel etiam Prætorum, minorumque Magistratum; ut Athenis, Archontum illarum, subtiliusque pervegitata successio delectat: si in illis eruditis non male collocatus labor antiquitatis studiosis videtur: credo equidem majori cum fructu, & approbatione, in Synagogæ, hoc est Ecclesiæ veteris principibus tradendis, & enucleandis nostram nos operam esse posituros. Hinc igitur questionis præcipuum hoc caput dicavimus. Ac priusquam singillatim de plerisque verba faciamus,

paucæ de omnibus, ac de universa ipsa Pontificum successione præfabimur.

Josephus lib. xx. cap. viii. auctor est initio Pontifices toto vite suæ tempore Magistratu fuisse perfunctos; eorundemque filios, mortuis dumtaxat parentibus, hereditatem illius adivisse. postea vivis etiam abrogari solitum. Itaque pauci numero ante reges, ac sub regibus deinde, imò ad Herodem usque, longissimum tempus expleverunt. Nam ad Babylonicam usque deportationem, hoc est annis circiter dcccxxi. unus & triginta tantummodò fuerunt. Inde verò ad Herodem, annis ferè dl. non plures quam xv. legitimi. Ab Herode verò ad excidium Urbis, ac Templi, annis cvii. octo & viginti numerantur. Etenim initio non ambitione, & gratia; neque corruptela; sed legitima successione ad eam dignitatem veniebant. Postea publicis, privatisque moribus in deteriora vergentibus, itum est ad artes; & largitione, ac favore principum Pontificatus obtineri ceptus. Quod sub Antiocho Eupatore primum impulsit, sub Herode postmodum, ejuque posteris, ac Romanis Magistratibus ita percrebuit; nulli ut Pontificatum ad mortem usque tenerint; sed quasi in profectum è sipario prodeuntes ludicri Sacerdotes, peracta fabula, eò se, unde venerant, receperint. Ac cum duo sint, quæ in Pontificum Hebraeorum Catalogo inquisitione opus habent: alterum quinquam, & quot numero fuerint; alterum quo, quantove tempore in Magistratu versati sint; utrumque propter historicorum vel dissononem, vel silentium, mirè est impeditum. Nam Scriptura, è qua lux aliqua obscurissima questionis poterat expectari, multos & prioribus, quos solos attingit, prætermisisse videtur; & hos ipsos, quorum meminit, perobscure fuisse pontifices declarat. Intervals porò singulorum, vel quo tempore vixerint, funditus omisit. Unus subsidio nobis est Josephus; à quo ceteri, qui Pontificum Catalogos contexerunt, seriem expresserunt. Sed nec ejus ipsa multis, maximeque controversis caret historia; èstque in appellationibus interdum haud mediocriter; in tempore autem ingens, vel cum Scriptura discordia; vel cum eadem haud facile concilianda varietas. Verum nihilominus enitendum est, ut ex ambobus usque Scripturibus; sacris, inquam, ac Josepho; tum Eusebio, Nicephoro, Hebraeorum Chronico, aliisque sinceram illarum descriptionem, ordinemque capiamus: adscribamusque præterea, ubi id investigari poterit, uniuscujusque tempus: quod in prioribus, ut dictum est, assequi nulla conjectura possumus. Antequam verò integrum omnium laterculum exscribam, cujusmodi est auctorium inter se comparatione probabiliter instituire licet; Catalogum ipsum, quæque super eo disputanda sunt, quædam in lacinias ac segmenta partiurum. Primum iis Pontificibus attribuetur; qui ab Aarone ad Templi conditum vixerunt. Alterum à Templo condito ad Babylonicam deportationem. Tertium inde ad Hasmonæos populi duces ac Pontifices pertinet. Quartum Hasmonæis ipsis dicabitur; ubi in ea, quæ à Scaligero de Simone dicta sunt, inquiremus. Quintum reliquos omnes ab Herode ad Urbis dclxxxv. continebit.

Pontifices olim perierunt.

Obscuri sunt quæstiones istius.

CAPUT L.

De Pontificibus, qui ab Aarone ad conditum Templi Synagogæ præfuerunt.

LEVICAM Tribum unam ex omnibus ad sacras obeundas functiones in solitudine Dominus elegit: in eaque rursum unius stirpem Aaronis, è qua, ceteris exclusis, Sacerdotes ac Pontifices caperentur. Quod adeò constanter, ac severè decrevit, ut ne Moylis quidem, tanti viri, ac Pontificum omnium, & Sacerdotum antistitis, posterit Sacerdotes fuerint; sed in Levitarum ordinem redacti; uti i. Paralip. cap. xxiii. 14. R 3 Scriptura

* Ceterum & seqq. ad regnasse, deleta sunt in exemplari Petavii, eorundem loco hæc verba substituta: Cælius ad Ciceronem lib. v. Ep. v. quam anno ab U. C. dclxxx. scripsit Kalendis Sextilibus refert Alexandria regem mortuum. Ad hunc igitur vixit annum, hoc est à restitutione. Itaque non satis exactè Strabo. Regnavit itaque

solus annos xii. † Emendabat Petavii: Per. Jul. 4673. U. C. dclxxxii. § Imò, tribus ferè annis, ex emendatione Petaviana. * Sed ne iste hoc, ad Auletem. Hæc verba deleverat in suo exemplari Petavii.

Scriptura demonstrat. Jam Aaronis successores fuere liberi duo, Eleazar, & Ithamar; à quibus Sacerdotes omnes, Pontificesque propagati sunt. Sed penes Eleazari familiam summus initio Pontificatus exiit. Nam Phineez Eleazari F. Numer. xxv. 13. propter singularem pietatis ardorem, ac zelum, sacerdoti successione donatur, & quidem in sempiternum: quod, ut alia pleraque Dei promissa, & cetera intelligi debet; si quidem ejus posteris in officio sibi constarent; quod non fecisse postea creduntur. Nam ad alteram familiam, Ithamaris scilicet, Pontificatus translatus est: ac primus ex ea stirpe, redactis in ordinem Eleazari posteris, Magistratu illo functus est Heli. Eleazari genus Scriptura lib. 1. Paralip. cap. vi. 3. describit; Ithamaris penitus tacuit. Phineez Eleazari F. genuisse dicitur illic Abisue: ab hoc Bocci genitus; cujus filius Ozi. Ozi Zaraham genuit: hic Meraioth: iste Amariam: Amarias Achitobum, cujus filius Sadoc, qui à Salomone Pontificatum accepit. Totidem lib. 1. Efd. cap. vii. percensetur. Hic igitur prima questio nascitur; quoniam ex Eleazari familia continuata successione ad Heli usque summum sacerdotium obtinuerint. Josephus lib. viii. cap. 1. tres omnino post Phineen Pontifices numerat; Abisue, Bocci, & Meraioth. quamquam pro Abisue, scripsit Abiezer. Non plures in Chronico Nicephorus expressit; qui & errore non mediocri unum in serie Phineen collocat: ceteros tres velut adscriptos accenset. Lyranus Josephum secutus est. Abulensis in caput 11. lib. 1. Reg. Quæst. xxx. post Ozi duos ex lib. 1. Paralip. & Efdre subjicit, Zaraham, & Meraioth. Quod ad Josephum attinet, mutata sententia videtur in fine & ceteris, nempe libri xx. cap. 1. tres alios adnumerasse. Scribit enim tredecim ab Aarone ad Templi conditum fuisse Pontifices. At verò si tres solos inter Phineez & Heli inferas, decem non amplius Tabernaculo ministrarunt. Quare Onufrius in Catalogo Pontificum Hebræorum e Scriptura desumpto tres eosdem numerat; Achitobum excludit. Recentiores quidam Chronologi ne Achitobum quidem omittendum existimant. Ait enim in illa lib. 1. Paral. serie qui censentur, eos omnes fuisse Pontifices. Atqui ingens ex eo sequitur absurdum. Nam Achitob ille, qui in 1. Paral. & Efdre cap. vii. nominatur, pater fuit Sadoci. Porrò ut ab Achitobo genitum putemus esse Sadocum paulò ante mortem, cum Heli annis xl. Pontifex fuerit, ac totidem à Samuele, & Saule transactus, David regnare cœperit, annorum octoginta fuerit Sadocus, quando David regnum iniiit. Hic autem ad Davidem in Hebron sede cum tribulibus suis contulit, anno, quam in Tribum Juda imperium cepit, octavo labente; hoc est vii. annis exactis cum vi. mensibus. Lib. 11. Reg. v. 5. Tum igitur Sadocus annum saltem agebat ætatis octogesimum octavum. quod ridiculum est. Nam puer egregia indolis à Scriptura nominatur, 1. Par. xii. 28. quando in Hebron venit ad Davidem; vel, ut in Hebræo legitur, & cetera adulescentem potens robore. Ita qui non minus octoginta octo annorum fuit, puer aut adulescens viribus inclutus à Scriptura dicitur. Ut hanc absurditatem effugiant, Achitobum illum, qui in 1. Par. & Efdre commemoratur, non patrem fuisse Sadoci, sed avum putant: & alium, fortasse cognominem, à Scriptura pratermissum; quod in aliis locis eandem fecisse non ignoramus. Sed hi gratis, & ea ceteris divinant. Non enim si alicubi Scriptura quempiam in catalogo aliquo præterit, id ad exemplum trahi debet, ut quandocumque libuerit, simulatque quæstionis te difficultas pulaverit, paratum illic estugium, ac receptum habeas. Hoc enim nimis est, & verò periculosum, ut appareat, exempli; si absque Scripturæ locorum aliorum evidentiore testimonio, ex ingenio ista comminisci liceat. Matthæus in Christi stemmate capita tria, vel quatuor omisit. Esto. Nam omiſſa fuisse quæ consulto, quæ librariorum, in uno videlicet, incuria, docent alii Scripturæ libri; ubi recensentur, ex iis historiæ, Chronologiæque tuam potes dirigere. Idem & de affinis locis debet esse judicium. At in hoc nostro negotio, quid tandem simile? Sadocus Achitobi filius nominatur; 11. Reg. cap. viii. 17. Lib. 1. Par. vi. 12. Efdre 1. cap. vii. 2. In libro verò Paralip. ubi Aaronis per Eleazarum stemma deducitur, Achitob genuisse dicitur Sadoc. Quis alium credat Achitobum hoc loco

Quot ab Aaron ad Heli Pontifices fuerint.

Aburditas opinionis recentiorum quorundam.

memorari Sadoci patrem, quam cujus in lib. 11. Reg. cap. viii. filius Sadoc appellatur? Deinde cur illum nominis ambiguitatem, & cetera in Achitobo potius, quam in altero stemmatis ejusdem, ac lineæ commentum sunt? Cur, inquam, non duos fuisse vel Amarias, vel Meraioth, vel Zarahas, vel Ozi; vel certè Phineez, Eleazarove duos eadem licentia conjectantur? Neque enim aut absurdus id in alterutro, quam in Achitobo, sibi permittant: aut sapius, ac manifestius Phineez putà Eleazari filius, quam Sadocus Achitobi filius in Scriptura vocatur. Cur Achitobum igitur præ ceteris in serie decerint, in quo simpliciter Scripturæ veritati fucum facerent; ac duplicem esse juberent, rationem, si possint, aliquam vel verisimilem afferant. Nam quod illos eò maxime compulsis videtur, uti scilicet in longum illud temporis intervallum, quod ab Aarone ad Heli fluxisse creditur, quam possent plurimos pontifices inferre, ne singulorum Magistratus & ætates ultra communes humane vite terminos propagare cogerent; id tribus illis e serie decerptis, & Achitobo, propter absurditatem, omisso, commodè sublatum est.

Sua cuique putandorum temporum ratio est. Nostra quæstio e superioribus ejusmodi colligitur. Mortuus est Aaron circa annum mundi 2493. Heli Pontificatum iniiit anno circiter 3849. Intervallum, anni 356. qui in Pontifices viii. partendi sunt. quod persciscile est. Nam singulis anni competent non plures quam xlv. Hoc verò spatium mediocre est; & nonnullos constat longe ultra annos istos Pontificatum produxisse suum. De Phineez Hebræorum Magistrorum sententia est, vixisse aliquot ipsum sæculis, etiam post Samonem, & Heli. quorum duplex est argumentum: alterum, quod in libro Judicum, post omnem Judicum, addeque Samsonis explicatam historiæ, capite xx. 28. Phineez Eleazari filius, Aaronis filii præfuisse legatur, per illud bellum, quod reliquæ tribus Benjaminiticæ tribui propter stuprum Levite conjugii à Gabaonitis oblatum indixerunt. Alterum, quod virum illum Dei, quo Heli Pontifex divinum ob filiorum ejus scelera decretum accepit: 1. Reg. 11. 27. Phineen interpretentur Eleazari F. Pergunt aliqui longius fabulandi succedine, & Eliam ipsum, ob zeli scilicet ardorisque similitudinem, Phineen esse suspicantur. Hanc opinionem R. David Kimhi in lib. 111. Reg. cap. xvii. commemorat, amplectitur autem Elias in Thisbi. de qua re plura in Animadver. ad Epiph. ad Hæc. iv. disputavimus. Quæ quamvis Hebræorum sententia perabsurda sit; eò tamen valere potest, ut nonnullos ex antiquis illis Pontificibus præter usitatum vitæ modum avum suum prorogasse non dubitemus. Sanè in ceterioribus Pontificibus liberales sunt nostrorum Chronologiæ, & nonnullis ultra quinquaginta Pontificatus annos; aliis etiam plures attribunt: velut Azarias; cujus tempus cum Ozia regis anni adæquant: nec non Josedeco, & aliis; quos sola ex conjectura certis intervallis definiunt. Atenim Eleazarus eodem anno mortuus est, quo Josue, ut ex calce Josue colligunt. Obiit verò Josue non multo post ingressum in Palæstinam tempore, nempe anno xlv. ut lib. 1. capite xxxiii. diximus. Unde cccxi. anni in solos vii. partendi sunt. Verum ut de Eleazaro assentiamur ipsis nihil ex eo sequetur absurdum. Nam commodè in vii. Pontifices intervallum illud tribuemus. Deinde quando mortuus sit Eleazarus, nego e Scriptura satis idoneè posse confici. Non enim sub idem tempus, quo Josue decessit, extinctum esse docet Eleazarum: sed eum de loco, ubi Josue sepultus est; & ante hunc de sepulchro Josephi mentionem fecisset; voluit & locum indicare, ubi Eleazarus est sepultus. Quocirca nihil nos vetat pluribus post Josue obitum annis Eleazarum supersitem facere. Ex iis patet, meritò decimum ab Aarone Pontificem numerari à nobis Heli; qui primus ex Ithamaris stirpe Pontificatum tenuit. In quo falsus est apocryphus Efdre quartus; qui initio capitis primi, Efdre genealogiam per Heli ad Phineez, & Eleazarum deducit. Hoc enim germanæ canonicæque Scripturæ contrarium est. quæ & Efdre stirpem ad Eleazarum refert 1. Efd. cap. vii. & Heli ab Ithamare propagatum esse declarat in libro 1. Reg. Post Heli, Pontifices ex eadem Ithamaris progenie fuere tres omnino: si quidem rectè Josuephus tabernaculo tredecim ministrasse scribit. Hi sunt, Achitob,

Heli ab Aaron.

Achitob; Achias, five Achimelech, & Abiathar. De Achitobi (qui alius est à Sadoci patre) Pontificatu Scriptura tacuit; & solum ejus filium Achimelechum Pontificem fuisse significat; quem & Saül interfecit, 1. Reg. cap. xxii. Sed probabiliter conjicimus etiam Achitobum ipsum ante Achimelechum summo Sacerdotio fuisse præditum. quem quidem fratrem Ichabod, & Heli nepotem, filiumque Phineez caput xiv. lib. 1. Reg. nominat. De Samuele dubium est, an summus Sacerdos fuerit. Fuisse veteres quidam Patres arbitrati sunt; ut Augustinus, lib. xii. con. Faustum, capite xxxiii. Et quidem omnes Pontificis partes explevit. Verum extra ordinem constitutus à Deo videtur, ut & Elias; non tamen Pontifex fuit, quia nec de Sacerdotali familia traxit originem. Postremus ac tertius decimus est Abiathar; quem Salomon exauctoravit, eique Sadocum substituit. Ceterum Achimelechus alio nomine vocatus est Abiathar, & filio cognominis fuit. quod ex lib. 11. Reg. cap. viii. 17. colligitur: ubi sub Davide jam regnante Sacerdotes fuisse memorantur Sadoc, & Achimelech filius Abiathar. Ex quo patet non solum Achiam, five Achimelechum, vocatum esse Abiatharem: sed ipsum quoque filium ejus Abiatharem paternum Achimelechi nomen obtinuisse. Item lib. 1. Par. cap. xviii. 16. Abiathar ipse filius Achimelech, dicitur filius Abiathar. Qua ratione locus ille Marci 11. 26. declaratur, in quo David sub Abiathare principe Sacerdotum propositos panes edisse fertur; cum ab Achimelecho istos acceperit. Verum & iste

dicitur est Abiathar. Nec alia magis interpretatio auctoritati Marci convenit. Igitur ab Aarone ad Templi conditum, Pontifices numerantur tredecim, annis circiter ccccxxxv. id est ab anno mundi 2454. quo cepit Aaron, ad 3703. quo templi fundamenta jacta sunt.

CAPUT LI.

De Pontificibus, qui à Templo condito ad ejusdem excidium Synagoga præfuerunt.

TRIBUS ex fontibus posteriorum istorum Pontificum successio, eorumque nomina petuntur: e Scriptura, Josepho, & Hebræorum Chronico, quem Seder-holan minorem vocant. Lib. 1. Paral. cap. vi. Aaronis per Eleazarum propagata genealogia describitur, in eaque capita censentur xiv. à Sadoco ad Josedecum; qui Babylonem deportatus est. Josephus autem lib. xx. Orig. cap. viii. Pontifices octodecim Templo ministrasse scribit; quos lib. x. cap. xi. percenset: sed xvii. tantum in catalogo reperit. At in Seder Hebræorum xix. perscripti sunt, vel xx. Nam de Zacharia Joiadæ filio ambiguo loquuntur. Primum ergo triplicem illam seriem in Laterculo proponemus, ut deinde comparare illos inter se facilius possimus.

Laterculum Pontificum Hebræorum triplici serie constans à Templi conditu ad excidium.

E Scriptura.	Ex Hebræorum Chronico.	Ex Josepho.
I Sadoc	I Sadoc	I Sadoc
II Achimaaz	II Achimaaz	II Achimaaz
III Azarias	III Azarias	III Azarias
IV Joannan	IV Joachaz	IV Joram
V Azarias	V Joarib	V Ifus
VI Amarias	VI Josaphat	VI Axioramus
VII Achitob	VII Joiadas	VII Phideas
VIII Maraioth	VIII Phadaias & Joaz	VIII Sadeas
IX Sadoc	IX Zacharias	IX Julus
X Sellum	IX Zedachias	X Joatham
XI Helcias	X Joel	XI Urias
XII Azarias	XI Jotham	XII Nerias
XIII Saraïas	XII Urias	XIII Odeas
XIV Josedec	XIII Nerias	XIV Saldumus
	XIV Ofaïas	XV Helcias
	XV Sallum	XVI Sareas
	XVI Helchias	XVII Josedec
	XVII Azarias	
	XVIII Saraïas	
	XIX Josedec	

Triplex ista series diversa plerumque Pontificum eorumdem vocabula repræsentat; aliis non multum discrepant; & sepius accidit, idem ut dicitur essent, aut pluribus etiam nominibus afficerentur. Et quidem Josephi nomina cum Hebræis e Seder-holan depromissis, in multis consentiunt; nec nisi levi aliqua commutatione differunt. in quo Josephus id spectasse videtur, ut Hebræorum nominum nativam asperitatem Græcica conformatione molliret. ceu cum Julum vocat eum, qui Hebræis est Joël. Sed de nonnullis Pontificibus hæc observanda sunt. Primum Joiadas, qui sub Athalia, & Joaz rege vixit; à Josepho, & Scriptura præteritus est. Sed quod ad hanc spectat; non

Joiadas solum: sed & alii inter Amariam, & Achitobum omiſſi videntur. Nam Helcias sub Josia Pontifex fuit, 11. Reg. xxii. 8. Amarias sub Ochozia; Josias iniiit anno mundi 3343. Ochozias, sub quo Amarias, regnavit anno 3099. Intervallum anni cccxv. quos à tribus, vel quatuor exhaustos est. non credimus. Ad hæc cap. vi. lib. 1. Paralip. omiſſus est inter Achitob, & Sadoc, Maraioth, qui capite 1x. 11. commemoratur. Ob id Scripturam sacram arbitror consulto, ut in aliis locis factum scimus, Pontifices aliquot omiſſis; quos ex Josepho, & Seder-holan petere oportet. Sed ad Joiadam revertor. Hic sine dubio Pontifex magnus fuit sub Athalia, & Joaz. Nec aliter judicabit; qui lib. 1v.